

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Potestas f  
cum fonte primo

Tunc solum potestas bene geritur  
cum non amando sed timendo retinetur.  
Que ut ministrari recte ualeat, oportet  
primum ut hanc non cupiditas sed  
necessitas imponat.

Gregorius libro X. moralium.

Tunc solum uero potestas bene geritur,  
cum non amando, sed timendo retinetur.  
Quae ut ministrari recte ualeat, oportet  
primum ut hanc non cupiditas, sed  
necessitas imponat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 24,  
25 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,  
p.1229, ll.93-96).